Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8134
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

nia vel summaque circa laborant Quidam autem
existimant a Blauro quod Dorius primus ferri
minerasque invenit

Noctua lauriotica Hac velut enigmate pecuni
am veteres significabant Laurios enim Attice regio
auri venis ferax unde nomismatis aureis noc
tuae figura insculpebatur

Laurios

Generosior Codro Per ironiam de iis in istos qui
maiorum fumosis imaginibus et natalium antiquitate
gloriantur

Cadmea victoria Idest inutilis victoria eo quod
Etheocles et Polinices Thebani cum de regni vicibus
disceptarent singulari certamine congressi utrique
perierint vel quod Cadmei devicerint quidam Thebi
nos cum ad castra militantes sed suo malo postea
cum illorum poenas abunde magnas dederunt

Pecuniae vir hoc est tanti quisque est quantum
possidet

Calvum vellis Ubi quis rem appetitur quae sum
ma diligentia nunquam desiderat

Phori convivium vel premium Ubi quis suo
malo convivas arripit vel ad eos qui habiturum
ab his de quibus bene meriti sunt Aiunt enim Pho
ro cuidam filiam fuisse iam nuptiis maturam ad pro
cos (cum esset complures) convivare solitus pre
mia statuebat et conditionibus subinde novis proposite
nuptias prorogabat Quobrem indignati sunt proci et
Phorum in convivio trucidarunt :-

Antiquior quam chaos et saturnia tempora
De re nimium prisca atque obsoleta Chirus hic lingua
sua ac temere nugas in nos hic fundit Antiquiores
quam chaos ac saturni tempora redolentes

**Tanquam argivum clipeum abstulerit ita glo
riatur** In fastuosos et magnificentiis se gerentes cum